

Consectaria

16. Patet ex dictis quām verè dixerit Cartesius in epistola Meditationum dedicat. de rationibus, pro Dei existentia, à mente nostra petitis: *eas tales esse, ut non putet ullam viam humano ingenio patere, per quam meliores inveniri unquam possint.* &c.

17. Et patet verum esse quod scripsit Princip. i. 22. *Magna in hoc existentiam Dei probandi modo, per ejus scil. ideam, est prærogativa; quòd simul quisnam sit, quantum naturæ nostræ fert infirmitas agnoscamus* &c.

EXERCITATIO IV.

Mentis nostræ natura est, quòd sit res cogitans.

1. **T**am certa est mens sive anima humana de sui existentia, ut quamvis dubitet de aliis rebus omnibus, de hac tamen eo ipso quo dubitat dubitare nequeat, uti sæpius à me notatum.

2. Itaque non tam de quæstione *an sit*, quām de quæstione *quid sit* sive quæ sit natura & essentia mentis nostræ, de cuius existentia adeo certi sumus, sollicitos nos esse decet.

C 2

3. Quan-